



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 107. Fœdus Papæ cum Friderico Austriæ Duce.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

§. CVII.

Sæcul. XV.
A.C. 1414.*Fœdus Pontificis cum Friderico Austriæ Duce.*

Pontifex magis adhuc suæ consulturus securitati cum Friderico Austriæ Duce pacem iniit, eidemque justam timoris sui causam exponens, illius auxilium imploravit. Hic Pontifici pollicitus est, se illum Constantiæ apud omnes atque adversus quoscunque defensurum, eique, quando vellet, liberum ex urbe discessum, semper procuraturum, ea tamen lege, ut Joannes Duci quotannis sex aureorum millia numeraret, eique supremum exercitus sui imperium committeret.

Gerard. de
Roo. de reb.
Austr. l. 4.
c. 136.

§. CVIII.

Cardinalis Vivariensis jussu Pontificis Constantiam profectus.

Cunctis ita provide dispositis Pontifex, antequam ipsemet veniret, Joannem de Broniaco Ostiensem Episcopum, alias Cardinalem ab Episcopatus sui Urbe Vivariensem dictum Constantiam præmittit, ut pro celebranda Synodo cuncta, quæ necessaria essent, cum Sigismundi Commissariis atque Urbis Magistratibus disponeret. Venit Cardinalis mense Augusto Constantiam. Hujus Viri natale so-

Naucler
Gener. 48.
p. 425.

B b 4 lum